

Arnulfi gesta archiepp. Mediolan. 1. c. 13, SS. 8, 10: *Tempore praeterito decreverat imperator (sc. Otto III.) maternae gentis sociari coniugio. Huius causa consilii praefatus Arnulfus venerabilis archiepiscopus, regia iussione praemonitus, mare transiens Constantinopolim proficiscitur. Qui ab ipso admirabili monarcha magna susceptus honorificentia, satis episcopaliter conversatus est in urbe regia, ita carus ut quicquid poposcerat facile impetraret. Composito tandem propter quod venerat negotio, ab eodem Basileo decenter absolutus reversionem accelerat.*

Landulfi hist. Mediolan. 2. c. 18. SS. 8, 55 f.: (sc. Otto III.): *... ad imperatorem Constantinopolitanum, ut filiam suam ultra omnes virgines splendidissimam sibi coniugio sociaret, Arnulfum ineffabili thesauri argentique pondere honestum curialiter direxit. At Arnulfus omnibus affluens divitiis, cum in curiam Constantinopolitanam receptus tamen honorifice ab imperatore admirabilique militum ac clericorum exercitu stipatus venisset, per aliquos dies moratus, et cum suis omnibus ex longo itinere ac labore fatigatis recreatus, equum imperialem, quem Otto imperator Romanus sibi ad huius laboris solamen donaverat, substrato pallio admirabili, ferris aureis et clavis argenteis pedum ungulis abrasis curiose aptari fecit. Igitur huius rei fama per palatia regis incunctanter volante, rem milites palatini inauditam audientes, universi coram imperatore more solito astantes, vehementer admirati sunt... Interea imperator et Arnulfus cum paucis episcopis in unum convenientes, ex secretis tractaverunt consiliis. Moratus autem Arnulfus per tres fere menses apud imperatorem, gratia regis adeptus, ... Demum multis et magnis donis ex auro et gemmis dotatus, cum filia eiusdem, quam Romano imperatori traderet in coniugio, laetus et hilaris fere usque ad portum Barianum pervenerat. Ecce enim ex improvviso vox humana regia, quam imperator cum ineffabili pondere auri et argenti Arnulfo et suae filiae donaverat, dicens: Ottonem imperatorem Romanum mortuum esse, insonuit.... Tandem cum in portu per tres dies sederet, ut res erat in veritate compertum est. Propterea cunctis graviter congemescens, magnis lamentis magnisque suspiriis Arnulfus et regis filia cum omnibus suis ad patriam domum remeans separati sunt.*

Vor allem muß nach diesen Berichten festgestellt werden, daß auch bei Otto III. wie einst bei seinem Vater zwei Bewerbungen um zwei verschiedene Prinzessinnen erfolgten. Die Braut, die mit dem Erzbischof Arnulf von Mailand Ende Jänner 1002 in Bari landete, war eine andere Prinzessin als jene, der die erste Bewerbung Ottos III. im Jahre 995 gegolten hatte. Die Angabe Thietmars, daß eine dem Kaiser ursprünglich